UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiæ

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XLVIII. De Auxilio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-80071

Visual Library

CAP. XLVIII.

De Auxilio.

Axioma I.

Naturæ vinculum homines ad mutuam defenſionem & auxilium copulavit *l.3. de J. & J.* hinc qvi injuriam à ſocio vicino non depellit, tam eſt in vitio, qvàm ſi parentes aut patriam deſerat *can. non in. 23. q. 3.*

Limita: niſi qvis ſuo auxilio ſeipſum in majus periculum immergat. Ita ſi mandato judicis capiendus reſiſtat, præſentes ſatellitibus aſſiſtere debent, ſine proprio tamen periculo. Servi autem etiam cum proprio vitæ periculo dominum defendere tenebantur. *Perez. C. de cohortal. & princip. num. 11.*

II.

Anteqvam in auxiliatores inſtituatur inqviſitio, oportet conſtare de ipſo principali delicto. *Hippol. de Marſil. in pract. crim. §. conſtante. à num. 40. usqve 77.*

III.

Auxilium præſtare dicitur qvi pecuniam mutuat. *Bart. in l. 4. ff. ad L. Jul. Majeſt.*

F I N I S.

Collegii Societatis JESU Paderbornæ
22 Martii 1698

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN